Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Animalibus libri I-XXVI - Cod. Aug. pap. 11

Albertus <Magnus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Tractatus V

urn:nbn:de:bsz:31-87034

Visual Library

aut quando iste vrbes emittunt turbam aliquam
de nido suo congregantur omnes iuvenes ad rec-
torem suo iuxta aliquem locum in quo sunt pastua
sibi competentia ex fructibus vel aliis re-
bus et ibi faciunt nidum et in nido illo apparet
certa cella in maiori parte contecta
et ponunt tunc semper in eo nido rectorem vnum
et cum crevit rector ille iuvenes operatur
et accipiunt vrbes iuvenes qui sunt de fer-
tu suo et ponunt eas in domo quadam illius ni-
di, et crescit plus et plus de cetera generationis
tamen sive modus aut unde aut quale
habeat semen hoc genus vesparum non adhuc
satis nobis apparuit quia difficile invenire
est per experimentum. Quibus aut divinitus qui
rectores inter apes non habent aculeum cum tamen
in vrbes in igne vesparum iam inventum sunt
aculeum habere. Ex quo etiam accidit dubium utrum
rectores vesparum habeant aculeum vel non.
Est autem et aliud genus vesparum apud quasdam
carentes nomine quod quidam bestiola vocant
quod fimando volat in muris maris sive ma-
tris et edificat sibi lapidibus et similibus tam
aliquando et hoc parvus est eum quod aculeum secundum
genera sua supra nos vocamus faciendo aut
nidum facit sibi quandoque duas habitaciones et in domi-
bus suis invenitur quandoque principium quoddam mel-
lis mali quod non est adeo bonum sicut mel
apium et est imperfectum tamen in habundancia aliquando
invenitur. Aliquando enim ipsi eum sperys in
venimus quasi tres manus plenas mali et
aquatici mellis complerent. Dicam autem quod greci
vocant tabyrydon est etiam de genere vesparum
et simile est urbi sed in eo differre videtur.
Est autem divini corporis et coriis et habet latitu-
dinem sicut apis et multum appetit pisces
coctos et condimenta quibus pisces condiuntur et
illis se ingerit ita quod etiam se ipsis per-
mittit capi antequam discedat. Volat autem
singulariter et pullificat in terra sicut
vespe sed domos suas facit maiores quam
Kyliton hec est sub dictis vesparum eo quod hoc
genus est longi corporis fere sicut vrbes
secundum hunc igitur modum veteres philosophi tradi-
derunt de apibus et vesparum generibus et aliis
operationibus earum. Avicenna autem aliter dividit
vesparum genera dicens quod vespe sunt tercie me

et ille sunt duorum modorum, curte sive parve
videlicet et longe. Quedam etiam sunt vespe
nigre et quedam sunt citrinorum pedum sed sunt
fisse in corpore. Quedam autem quantum corporis sunt
quasi misste et ideo mistales vocantur. Quedam
autem ex citrinitate sunt ad ruborem declinantes
et ille sunt multum magne et iste sunt peio-
ris generis vesparum. Quedam autem supradicti generis sunt
mediocres. Octavum autem genus vesparum
se vidisse testatur Avicenna quidem magnum corpore
magnum nigrum habens caput bene deorsum ex-
istens et posterius tres aut quinque magnos
habens aculeos quod est ferox et audax et
malorum morum. Hec igitur de apibus et ceteris
et vespis dicta sunt ad presens quantum nunc sufficit.

Tractatus quintus octavi libri animalium de moribus
quadrupedum. Capitulum primum de moribus leonis
in quo fit etiam mentio de moribus lupi et
de animali quod beneath vocatur.

Oportet autem scire quod multi
sunt modi diversorum animalium differen-
tium penes mores quorum diver-
sitas in audacia et timore et
mansuetudine et furore et aliis passi-
onibus ex quibus causantur diversi mores eorum.
Hec enim diversitas non invenitur tantum in animalibus
domesticis sed etiam in agrestibus. Leo enim licet
sit avidus prede et liberalis quando est satur
tamen quando est famelicus est valde malus et asper
et iracundus. Quiescit autem quando mansuetus fit
quando comedit et quando non habet famem pacificus
autem animalia tales habet quod videlicet est audax sim-
plex; nam non de facili timet et vadit ad
homines cum quibus crevit et facile domesticatur
sine ira quinymmo amorem habet ad homines
cum quibus consuevit et precipue cum nutri-
toribus suis et valde diligit ludere sed ludi
sui frequenter malum sortiuntur exitum nec di-
mittit ludum ante magnum tempus. Vena-
tore autem quando est silvestris non de facile
fugit sed nec timere videtur. Sed si multi
sunt coangustantes ipsum discedit et ab
eis paulatim ambulans et raro aspicit in
fuga retrorsum. Si autem multiplicatur numerus
venatorum currit quidem fugiens sed non
saltabit sicut alie bestie faciunt quando fugiunt

fugiens autem currit cursu continuo sed est cursus tamen brevis. In fuga autem eo quod ex debilitate est vincit naturalia accidentia et cum fatigatus est vadit modicum stridens quasi deridens. Verum autem dixit quidam quod dixit ipsum naturaliter timere quando sit audax maxime. Dicit autem Avicenna quod si invasus est ab homine et homo intendit in ipsum et defecerit quod autem non ledet ipsum aut non iniciendo sive lapidem in eum iaciat sive sagittam sive aliquod aliud quod causa vulneris iuxta leonem pertransit leo irruet in illum et invalidus et non interficiet ipsum sed forte ledit ipsum tantum quantum lesus est ab eo secundum estimacionem. Et iam accidit hoc militi qui mihi narravit et verax et fidedignus dicebatur igitur quod ipse et socii sui quidam exibant in dextrariis ad contemplandum leones. Dextrarii autem non castrati et fortes ex audacia appetunt ire ad leonem et pugnare cum ipso. Castrati autem spadones in tantum timent quod nec calcaribus nec flagris virgarum possunt adhuc quod velint ei appropinquare. Cum igitur sic irent in dextrariis invenerunt tres leones simul et unus ex sociis tendens balistam iecit sagittam iuxta caput unius eorum sed non vulneravit eum. Quod videns leo a longitudine (?) substitit solus et alii duo transierunt non velociter fugientes quos eorum post modicum ille qui substiterat secutus est. Miles autem qui iecerat sagittam accepit lanceam et in dextrario et instituit ad ipsum cum aliis duobus leonibus congredi et missa est ei confodere lancea sed iterum casse ictu percussit terram tangens aliquantulum sine vulnere caput leonis et cum ictu cecidit miles de equo ad terram. Leo autem accurrit et militis caput regali compressit et lesit militem sed non vulneravit nec occidit eum et statim post alios leones accessit. Et haec est consuetudo leonis quod nocet ei quantum sibi quis nocuit cum unguibus quasi minando ei et castigando eum deinde dimittit eum. Dicit etiam quod haec est lupi consuetudo. Adhuc autem tam leones quam lupi habent hoc quod cum senescunt et venari non possunt invadunt homines et tunc vadunt ad villas et rapiunt pueros eo quod iam dentes eorum propter debilitatem (?) vivunt enim tam leones quam lupi per multos annos

ita quod aliqui propter senectutem sunt edentuli. Iam enim inventus est leo qui omnes dentes habuit motos propter antiquitatem. Sunt autem leones differentes secundum climata de quibus accipiunt generacionem et hoc simile est de lupis et aliis animalibus audacibus. Leones autem qui generantur intra terra tenorum (?) et propinque apud extremum ferociores et audaciores sunt leonibus australibus qui generantur versus meridiem. Qui autem generantur in medio clymate vel prope sunt magis timidi et magis debiles propter incongruentiam humiditatis ad complexionem corporis. Capti autem leones de diversis climatibus facile distinguuntur. De extremo tamen pauci sunt qui capi propter ferocitatem corporis tamen non sepe nocent hominibus. In figura etiam differunt quoniam quidam sunt breves et spissi quasi flenati (?) et illi sunt timidi de eo clymate capti, quidam autem longi pilos habentes pilos asperos et illi sunt audaciores sicut illi qui sunt de extremo. Aliquando autem quando debilitantur et timent fugiunt dispersi a mitibus (?) sicut canis et sic faciunt et lupi. Aliquando enim inventus est leo senex et debilis qui cum porcum invasisset porcum vincere non potuit sed fugit aliquando parum. Interiora autem membra vitalia leo habet debilia quod de facili recipit corruptionem et ideo fetidum habet os et saliva et humore corrupto. Sed et alia membra eius patiuntur ex multis occasionibus propter quod et morsus eius et laceratio unguium eius est similis venenosis sicut morsus canis rabidi. Et ideo eisdem medicinis curantur vulnera cum quibus curantur morsus canis rabidi. Idem autem per omnia est de morsu rapidi lupi. Caput autem leonis est valde forte sed interiora sunt debilia et vulnus dentium eius est malum eo quod dentes de maxillis sub tempore (?) sunt mollius et cum vulnus ligatur transit virus in ligamenta et tunc reparantur (?) super vol- (?) cum sicut ipsa ligamenta et non curatur vulnus. Fere autem omnia quae diximus de leone habet et lupus sed secundum suam proportionem participat ea et magis est nequam quam leo et magis insidiatur. Est enim quoddam genus lupi quod cabes (?) vocat Aristoteles. Avicenna autem dicit ipsum vocari berrucet (?) et hoc diligit homines et non nocet eis nec homines timent illud genus anim-

tum et morte eorum sunt audaciores pug-
nat autem illud genus lupi usque ad mortem
cum leonibus et canibus alii autem modi luporum
sunt noti apud nos quia fere in omnibus sunt
sicut canes qui mastini vocantur Et hoc
sunt tam leones quam lupi ut dicitur quod quando
sunt electionem inter homines et aliud animal
semper parcunt homini Sed lupus non est contentus
prede sicut est leo sed potius reliquias prede
sue fodit in terram quo usque iterato famem habeat
Narrant autem aristoteles et avicenna de quodam
genere lupi quod generatur ex thauro et lupo
et equo et habet similitudines cum quolibet
illorum quod avicenna dicit ex metu(?) hiena(?) hoc
est in persida in montibus Vocat autem illud
genus animalis avicenna secundum linguam persicam
invenzuz dicens quod sepe visum est in montanis
persidis et crescit ad magnitudinem thauri
et sunt magis corpulenta et magis elevatas(?)
carnes habentia Et aliqui modi eiusdem generis animal
sunt similes vaccis et sunt pilosi in spatulis
multum sicut lupi vel leones masculi et
sua virga magis est mollis quam virga vulpis
vel thauri et est magis curta quam thauri vel
equi et magis turpis a capite autem usque
ad inguina est coloris fusci Coloris(?) autem aliarum
partium corporis color est inter cinereum et ru-
beum et habet cornua prima(?) incurvata contra se
invicem ad domesticum(?) animalis quasi secundum men-
suram palmi et non habent dentes in superiori
mandibula sicut nec bos nec thaurus et
habet magnam ungulam et magnam caudam et
findit tamen ungula sicut equus et cornu
suum valde est durum Et venatio est bona
comestibilem et dulcem habet carnem et eicit
stercus ad minus ad quatuor passus post se eo
quod est multi stercoris et multe et fortis ve-
tositatis Aristoteles autem vocat hoc animal bonoce-
lon(?) quod quidam latini bonatum vocant dicit
autem aristoteles quod hoc animal habitat in pheonia(?) re-
gione in monte qui dicitur masticon quod
modus(?) est longitudinis extensus iuxta civitatem
mande mandekim et cathakyn homines
autem qui talem corporis dicunt kyanon co-
iuxta ethiopia habitant vocant morte(?)
hunc monachon ibi igitur habitans bonacus
est in quantitate thauri et in multis assi-
milatur plus thauro quam alio animali sed tamen

hoc cum equo quia invenitur in eo crinis
descendens ad duas partes spatularum sicut
descendunt iube ad unam partem colli equi
sed pili eius sunt molliores et breviores
iubis equi et fere habent mollitiem pilorum lu-
pi vel leonis Et color corporis declinat ad
rubedinem Et crines eius omnes sunt commu-
et precedunt commixta cesaries usque ad oculos
aliquando tamen invenitur color eius aliquantulum de-
clinans ad rubedinem in gredinem(?) et verissime
color et verissime color crinis eius est
inter rubeum et colorem quem greci karopan vo-
cant et non est omnis sicut color pilorum equi
quem sauro dicunt sive rubeum Inferiores autem in
ventre existentes pili eius assimilantur lane et co-
lor illorum pilorum non est valde niger nec dico
rubeus sed quasi medius inter duos dictos co-
lores Et cornua ipsius sunt incurvata ad invicem
et quantitas cornuum est quasi mensura palmi vel
modicum plus ita quod carnis suum quod separatum
est a capite post caput in greco suo quod dicitur
hez et est quasi duo pugilli pili autem qui sunt
super frontem eius descendunt usque ad medium
frontis ubi fit in centro quoddam distinctio sicut
fit in vertice hominis et non habet dentes superiores
sicut neque thaurus nec habet crura multorum
pilorum In pedibus vero habet duas spatulas sic-
ta quod in duo findunt ungulam et errat(?) et per-
cutit terram sicut equus et erigit caput
suum sicut thaurus habet autem corium sufficienter pa-
tiens ictus multos et est dulcis carnis et
ideo venantur ipsum homines Ideo autem percutit(?)
hoc genus fugit et quiescit absconditum si
latere potest Cum vero debilitantur pugnat
et contra venatorem eicit stercus ad quatuor
passus solvitur cum commotione et ita habun-
dat stercorare Cum autem appropinquat tempus
partus huius animalis adunantur eiusdem feminae paren-
tem multa animalia sui generis et faciunt stercus
in circuitu eius quasi murum et inde faciunt
ei coopertorium corporis sui et in illo parit hoc
enim animal per ambule(?) animalibus est multi stercoris
Propter autem sicut quod sicut aves mutant
colores pennarum secundum tempora et pisces etiam
se mutant Ita colores pilorum et pilos
mutant et quadrupedia et propter hoc ca-
que sunt de genere luporum vel aliquid lupine
nature habentia

Capitulum VIII de moribus elefantis came-
li equi delfini gallinae et psittaci

Elephas autem aptum animal inter agre-
stia ad domesticandum et obediendum
homini est. Elephas est enim magis
receptibile disciplinae et instruc-
tionis et rememoratur eorum quae audit ita quod
aliquid intellectum simile videtur habere et di-
scit adorare regem. Habet autem bonum sensum
valde in hiis quae videt et audit ad instruc-
tionem pertinentia. Cum hiis enim est melior om-
nibus animalibus. Adhuc autem postquam impregnata
est femina et si desiderat mas feminam et sit
in desiderio coitus tamen non approximat impregnate
nec femina impregnata sustinet coitum maris
quamdiu est impregnata. Est autem a primo quedam
quod elefas mas et femina vivit per centum
annos. Et aliorum a primo est quod producit eius
est C et XX annorum et tunc destitutionem virtu-
tis et complexionis sentit frigus in hyeme et
ventos frigidos. Est autem animal valde flumi-
nale et habitans iuxta fluvios et mergens se
in aqua usque ad proboscidam hanc enim habet super
aquam quia per hanc inspirat sed natando non
potest multum durare propter sui corporis pondero-
sitatem. Alia autem quae sunt de moribus elefantium
ex praecedentibus possunt coniecturari. Notabile
autem valde est quod ingenio naturali cameli cog-
noscunt matres suas ex quibus sunt nati et
nullo modo adquiescunt coire cum eis. Nar-
rat autem Aristoteles quod in quadam civitate quidam
per ingenium volebat efficere quod filius cameli
non cognosceret matrem suam et cooperuit matrem
cuius filius erat in desiderio coitus et tunc
elevavit pullum super matrem et cum cepisset
coire cum matre antequam compleret coitum descen-
dit et quaerens se ad auctorem huius scele-
ris mordendo interfecit eum. Fertur autem
quod quidam regum aquilonarium habebat equam
pulcherrimam quae peperit equum pulcherrimum et
cum rex vellet ex matre et filio ex(h)abere
aliud pullum et ingeniari fecit quod matri sal-
taret a filio et cooperto fuit matri ut non agno-
sceret a filio et tunc filius cognovit matrem.
Postea autem videns filius quod mater eius erat
cum qua coiverat currendo vagabatur
et fugit et ab alto se praecipitavit et mortuus

est ex sceleris verecundia quod admiserat
propter quod etiam secundum Plinium postquam matrem
intimavit ad consensum eo quod transfiguratus
est et ignotus matri licet actum turpe nec
inciperet nec perficeret tamen quia tanti sce-
leris consensum animo habuerat de cetero
loqui noluit. Cum tamen matri ignoranti quod filius
eius esset consenserat et cum illo dicente
absit quod vas polluam quod me effudit cog-
novisset matrem quod filius eius esset stupore
sceleris quod a filio cognosci deberet mater
exspiravit. Mirabilius autem est quod etiam
quaedam animalia mores pietatis habent ad san-
guinis notos. Narravit enim Aristoteles quaedam
de multis expertis animalibus maxime de marinis
delfinis. Dixit autem quod in pfide captus del-
finus multum vulneratus trahebatur ad terram
et plurimi de profundo maris delfini sequebantur
ferre usque ad litus ostendentes gemitum et
pietatem quasi supplicarent pro vulnerati delfini
liberatione sicut dicit Avicenna. Sed cum iuxta
litus essent timentes piscatorum multitu-
dinem fugerunt omnes simul et dereliquerunt
vulneratum. Est autem moris delfinorum quod sequitur
aliquis de magnis est ad custodiam parvorum
ne faciliter capiantur et cum sint plurimi parvi plures
accipiunt custodes de magnis. Aliquando enim vi-
si sunt temporibus Aristotelis multi delfini magni et
parvi simul et plures habebant custodes
super se positos. Et cum hoc spectaculum quidam
aspicerent subito motus fuit primus ad eius
custodias alii convenerunt. Erat autem parvus
hiis quem qui mortuus fuit quem aliqui super
spatulas suas acceptum in profundum pela-
gi detulerunt et corpus eius custodierunt
ne a piscibus vel aliis animalibus devoraretur
et saepe redierunt ad custodiam corporis
quamvis aliquam gratia pastus vel alterius utilitatis
recessissent. Narrantur etiam de levitate et
velocitate illius animalis quaedam incredibilia.
Dicitur enim quod levius et velocius est hoc animal
omnibus aliis animalibus. Et cum narratio fuit
quod subito mergebant se delfini in profundum
ad custodiam corporis delfini mortui et
sicut sagitta emergebant iterum ad capi-
endum spiritum. Dixerunt autem tantae velocita-
tis esse hoc animal quod saltat aliquando ultra

malum magni maris hanc etiam velocitatem
operatur insequendo pisces quos sibi venatur
in cibum. Hic enim aliquando insequitur in profundo
maris et aliquando si forte non capit cito eum
in profundo retrahit spiritum eius eo quod est animal
inspirans et tunc secundum velocitatem sagitte
redit ad superficiem et trahit spiritum et si contin-
gat quod emergenti obiicitur navis saltabit ul-
tra malum eius et evadit. Similis autem
sterilitas dicitur inesse animalibus marinis que
vocantur lupi marini. Hii enim cum (?) non sunt
multum agiles intra tamen in aqua cum intrant
in pelagus in profundum se mergentes iterum
ascendunt supius magna velocitate. Est autem
mos animalibus marinis quod manent par cum
pari mares cum feminis. Dubitatur autem a quibus-
dam quare marina eiciat se super terram cum pos-
sint manere in aqua. Sed huius multe cause possunt
esse quas in parte superius diximus. Quoniam quedam
venantur in aqua et generant et habitant i-
ta et quedam econverso. Sed una est causa principalis
quod talia sint spirantia licet diversimode conveniant
spiritui quam alia animalia et ad spiritum liberiorem
capiendum eiciunt se super terram. Animalia enim vel
de diversas operationes habent et ita variant
quedam accidentia locorum et temporum et proprietatem
e accidentia ~~temporis~~ autem quod etiam in figura
aliquorum corporum variantur valde. Etenim hoc de-
prehendi per experientiam valde speciale accidentia.
Galline enim aliquando impugnant gallos iuve-
nes cum vicerint eos erigunt caudam et
pectus ad modum gallorum et aliquando ascendunt
super eos et inquinant super eos. Et accidere
solet huius facit eis quod aliquando criste maiores
efficiuntur eis in capitibus eorum quod crescunt eis
cornua maioribus sicut gallis et malys
accipiunt hec accidentia gallorum ita quod aliquando
difficile est distinguere inter gallinam talem et
gallum. Iam enim visum est quod mares galli in-
ficiunt feminas habentes pullos vel qualia
occasione mortue sunt et quod galli tunc duxerunt
erunt pullos et foverunt eos sub alis et
informati sunt voce sicut gallina hunc
pullos solet informare nec cantabant cum
eis sed casti erant usque ad incrementum pul-
lorum. Hoc autem sepe facit gallinatius sub
visus experimento probavi. Postquam enim galli-
natius per unam noctem stetit cum pullis sta-
tim postea regit eos sicut gallina. Mo-
res enim animalium in passionibus anime valde
sunt diversi. Quedam enim multum diligunt homines
et libenter stant cum eis sicut delphinus qui
ludit circa naves in aqua sunt homines
et premunt eos devenis et pinulis pertractat
aut diligit imberbes pueros plus quam barba-
tos et libentius loquitur cum eis. Dicit etiam
Avicenna quod psitacus quidam habuit quendam
suum ministrum in amore magno et nimium
obedivit ei et non separabatur ab eo. Multum de-
tectus fuit in tristicia quod sentit quod accepit
aliud cum quo ludebat et hunc in ludit s-
or psitacus

Capitulum 3m de mutatione morum et formarum ex castratione animalium provenientie

S unt autem quedam animalia que non
mutant mores tantum sed etiam
colores et figuras et hoc aliquando
accidit secundum diversitatem etatis
et tempus aliquando autem accidit ex mutatione
membrorum principalium. Castrata enim animalia non
mutant mores tantum sed etiam formas. Omnia
enim animalia testiculos habentia castrari possunt
sed diversimode quoniam aves habent testiculos
in terris. Quadrupedia autem ovantia habent
testiculos in medio corporum suorum. Ambulantia
autem que generant sibi habent testiculos ut pluri-
bus extra corpus suspensos. Et in hoc conveniunt
omnia animalia testiculos habentia quod in animalibus
sunt in fine ventris. Et si aliquis accepit
gallum perfectum qui habet omnia membra princi-
palia sua et fecerit ei comburendo bis vel
ter talium inter finem ventris et radi-
cem caude statim submittet caudam et
mutabit colorem et non cantabit deinceps
et nec querit coire cum gallinis. Et si hoc
fecerit ei adhuc pullo existenti non faciet
opera opus masculorum. Similiter accidit
homini qui castratur puer. Enim castrato non
pili oriuntur in loco in quo consuetum est oriri pi-
los omnis neque mutatur vox eius. Si autem
iam adultus est et pollutus per sompnium non
orientur ei pili aliqui pectinis. Enim et illi
erunt rari et pauci et subtiles et graci-
les et calvicies minus accidet talibus eunuch-
is. Tales enim esse consueverunt qui fiunt
cubilibus feminarum. Vacce autem omnia quadru-
pedum post castrationem mutantur et effici-
untur sicut feminarum. Adhuc autem in omnibus

animalibus quadrupedibus ex castracione
accidit mutacio figure corporis eorum preter
quam in porcis aggrestibus in quibus ex castra-
cione nulla notabilis accidit mutacio fi-
gure. Omnia enim alia animalia quando castrantur
in iuventute efficiuntur maiora. Sed si castrentur
post perfectam quantitatem non augentur post castracionem.
Cervi autem si castrentur ante ortum cornuum po-
stea non oriuntur eis cornua. Et si habent neque muta-
buntur ea. Vituli autem castrantur post unum annum
et tunc augentur et efficiuntur magni. Et si cas-
trentur tunc post etatem perfectam non augentur
propter castracionem. Vituli autem hoc modo castrantur.
Prosternunt quidam ad terram vitulum et dividitur
cutis eorum et exprimuntur testiculi et ligantur
nervi testiculorum fortiter et tunc abscinduntur
testiculi et erigitur radices nervorum cine-
ribus et rettis in vulneribus. Et si coquantur
nervi melius erit quoniam sanguinis fluxus et accidit
apostema. Accidit in loco illo pulverizatus
testiculus et loco suppositus erit habens tan-
tum ipsius. Accidit autem thauro castrato et omni
animali decetero non generare postquam castrata sunt
preterquam hoc modo sicut est de thauro castrato
in prioribus dictum est. Multociens autem etiam
ex porca bis abscinditur id quod tarsarie vo-
cant et est post initia in qua herent testi-
culi et postea non concipiunt. Fit autem hoc etiam
in feminis et gallinis aliquando sicut probatum
est temporibus nostris in multis et tales porce
non indigent coitu neque concipiunt sed impin-
guantur. Cum autem hoc fieri debet, prohibentur
a cibis per duos dies et tunc suspendunt pe-
dibus posterioribus sursum ut intestina re-
trahantur a matrice et tunc abscindunt eas hoc
quod antoron vocant hoc est locum ubi sunt testi-
culi maris quia in matrice porce adherentes
matrici sunt etiam testiculi porcarum et ali-
orum. Vero omnium animalium [illegible] orifi-
cium vulue. Cameli vero quibus homines habentes
bellum desiderant uti castrantur eo quod tunc
elongantur latera corporis. Omne autem animal cas-
tratum plus elongatur quam non castratum et
quia tunc elongantur longiores faciunt passus et
velociores sunt ad insequendum hostes vel fu-
giendum eos et hoc iam expertum est quoniam quidam
in montibus altissimis habentes perdiderunt propter
hostes tria milia camelorum castratorum habentes
et ex illis comprehenderunt septimus et effugerent

et tunc cameli non curant amplius coire
et efficiuntur vecture valde utiles post cas-
tracionem. Etiam animalia efficiuntur magis mansueta
et disciplinabilia eo quod deperditum coitus et
furor ad concupiscentiam multum generat indi-
sciplinacionem et protervie et facit plus feritate.

**Capitulum quartum de diversitatibus animalium secundum
diversitatem ruminandi garriendi et
mutandi colores eorum in diversitate etatum
et temporum suorum**

Sunt autem et alie multe dif-
ferencie in animalibus et operibus
animalium sicut verbi gratia quod quedam
ruminant et quedam non ru-
minant. Ruminancia autem vocantur sic ex hoc
eo quod ruminant et senciunt ex hoc delectacionem
quam ex commestione. Animalia autem ruminancia sunt
in pluribus illa que non habent dentes in superiori
mandibula sicut vacce et capre et oves
et huiusmodi. Multum autem animal aggreste ruminare
videtur in se recte ad figuram domestica ru-
minancium preter solum cervum et ea que sunt silva-
cervo sicut capreolus et equinus. Multa
autem animalia et proprie omnia cornuta que dome-
stica sunt ruminant et hoc incipiunt facere
post septem menses etatis sue. Animalia autem
animalia gregum non cornutata non ruminant
sicut porci. Tempus autem ruminacionis ruminancium
est proprium quod videlicet pascitur pabulo corre-
spondens quod est granum vel fenum. Alio enim pabulo
pasta animalia non ruminant. Inveniuntur etiam
quedam animalia dentes mobiles mandibula habe-
ntia que ruminant sicut mures et pisces. Quedam
qui mutaton ab officio ruminandi acceperunt
appellacionem. Adhuc autem diversa est animalium in
operibus aliis quoniam animalia longarum et parvorum
crurium et pedum natura multum habent fluxum
ventris et multi sunt stercoris et hoc accidit
tam in quadrupedibus quam in avibus et in hominibus.
Amplius autem secundum mutacionem temporis quedam
aves mutant suas formas et suos colores
secundum mutacionem temporum etatum sicut id quod
sabaron vocant. Hoc enim mutat suum
colorem et procedente tempore efficitur nigrum
et tamen est avis pulcra et multe
vocis. In estate vero est cuius disposicionis
et plurat plurimo dulci. In hyeme vero
vox eius est mala et talis mutacio vo-
cis apud nos est philomena sed non sic

vocat plurimam avis autem que vocatur kau
gelam etiam mutat suum colorem quoniam in hye
me color eius est sicut carbonis ignei In
estate vero collum eius et quasi viride ac collo
multiplex est color et non mutat vocem
animal autem quod dicitur hardon quod vociferat
per xv continuos dies die ac nocte hoc autem
et cetera animalia incipiunt facere in montanis in
principio veris quia ... multiplicari incipiunt
et est alio tempore vociferant sed non semper
...pue tamen vociferant magis apud prin
cipia estatis et per ... etiam vociferant sed non
tantum Et vox huius animalis non mutatur neque
corrumpitur secundum estatem eius sed forte color
secundum etatem aliquando mutatur et cetera alio nomine
quasi vinsomis apud ytalos nominatur sed in
hyeme tunc non semper apparet sed latet
tunc in fissuris petrarum Adhuc autem animalia
que dicuntur harynacis mutat etiam et hec
animalia sunt aves hyemales hoc est quia in hye
me apparent sicut avis diomedis Econtra autem
aves vocate ... tomkon sunt ex avibus fluvi
alibus sicut sunt apud nos hyrundines et
ciconie iste autem aves ut dicit aristoteles non accipiunt
mutacionem nisi in colore plumarum tamen Similiter
autem est de avibus ... et melancorico
vocatis quoniam iste etiam mutat quasdam colores
in quosdam alios ... autem aves sunt
in temporibus fructuum Similiter autem et alie que
dicuntur malani et karyokyz hoc est in principio
autumpni et non diversant nisi in colore et
voce Et ideo non omnibus manifestum utrum iste
aves sint eiusdem generis vel diversi quoniam perfecta
... non apparet inter aves istas Non enim
est improbabile quod eadem avis per diversitate
temporis mutet vocem suam et suum colo
rem sicut etiam est quod sunt paluli non
vociferant in hyeme neque tunc nisi accidit
tamen quod erat aliquando grave frigus et post id
in eadem hyeme evenit serenitas aliquot
dierum et tunc paluli vociferare incipit
quo audientes homines quod fuerit quod in hye
me non consueverint vociferare mirabantur
Cum autem ver supervenit vociferare incipiunt
paluli Ulterius enim dico quod aves ut in pluribus
non garriunt vel vociferant nisi in tempore

quo appetunt coire Cuculus autem
mutat vocem suam quia non multum vociferat
in fine autumpni quoniam iam cito vult late do le
titia autem sed disposicione incipit in ortu canis
apparet autem cuculus a vere vero usque ad
tempus illud Similiter etiam avis que dicitur as
busta ab hominibus hasahym latet et incipit
latere in ortu stelle vilie vocate et mor
tis illius apparere incipit avis ista vocata
ad has mutat colorem et formam Adhuc
autem quedam aves confricant super terram inviceme
et quedam frequenter natant et quedam neque con
fricant se invicem neque natant illa enim
que ... sunt bonam volatum sed manent intra
frequenter confricant se in terra sicut gallina
et tuberti et perdix et passer et huius modi
autem quedam aves habent ungues rectos et
manent circa fluvios et mare et in locis
nemorosis aquosis Et faciunt utraque dicta
Confricant enim se invicem et postea abluunt
se magis sicut columbe et passeres Multe
autem aves ... ungium horum faciunt
Unde enim est dictorum animalium est secundum modum
predicamentum et ideo tales frequenter continent
operaciones forte autem conveniunt quibusdam
avibus accidencia propria secundum suas species sicut
turturi et passeri propria accidit vociferacionem
in quibus etiam quando vicinant petram monentur mo
tu forti quando vociferat et hoc quibusdam aliis
non convenit sed de talibus propriis accidentibus
animalium nimis longum et dispendiosum esset
enarrare et non multum sufficiens ad studium
naturas corporum hoc igitur de diversis speciebus et moribus
animalium avolantium dicta sint pauca

Tractatus septimus octavi libri animalium de
solucione dubiorum que oriuntur ex predictis
Capitulum primum est de digressione declarantis quibus
principiis animalia diversimode participant pru
dencia et stulticia et quid sit prudencia et
stulticia et quid sit prudencia quod participant

D. ubitabit autem forte aliquis
non irracionabiliter de ipsis que dicta
sunt de animalium actionibus et
prudencijs et operationibus Non
enim est in animalibus aliquid prudentie vel
operationis cuius principium non sit deceptum et
tunc animalia bruta intellectum non habeant
ex intellectu non habent prudenciam vel sapienciam